

confirmat Zachariae abbati S. Sophiae ad Ponticellum iudicatum Romualdi, patris sui: quo charta ab uxore filioque cuiusdem Friderici cellarii oblata falsa declarata, lis de 'casa ad Ponticellum' pro eodem abbate iudicata erat. Reg. S. Soph. II, 9; Ughelli X, 449; Troya 583. **166**

Nov. — 'Scripcio quomodo Anseramo scanfarda una cum Lupu et Ansone, filii sui, venundederant Deusdedit presbitero vinea et terras in Ailane . . quae scripta erat per Radichis notarium temporibus d. Gisolphi summo duci anno nonodecimo ducatus eius mense Nob. ind. quarta-decima' citatur his verbis in iudicato autogr. a. 1020, Iul. arch. Casin. Gattola I, 35; Troya 584. (a. XIX. ducatus Gisulfi non respondet ind. XIV). **167**

Nov. In Reate. Adualdus et Audolfus tradunt monasterio S. Mariae (Farfensi) 'duos casales Asilianum et Fiola', pro quibus accipiunt a Godefrido gastaldio 'casales duos, 'ubi', inquit, 'invenire in republica poterimus'. 'Temp. d. Luponis gl. et summi ducis . . anno eius . . primo, et v. m. Godefrid gastaldii civitatis Reatine mense Nov. ind. XIV'. Inter testes: Pando marepasus, Ansifridianus medicus, Aldo covitor. Reg. Farf. 12. Galletti, Vestarario p. 80; Troya 585. **168**

Dec. Spoleti in palatio. Lupo dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi), 'ubi Fulcoaldus abbas praeesse videtur', colonos duos cum casis et agris 'in territorio Reatino loco ad S. Cassianum vel in Mausoleo'. Anno ducatus . . I. ind. XIV. Reg. Farf. 14. Fatteschi p. 261 no. 5; Troya 586. **169**

746. Ind. 14—Spt. 1—15; Ratchis a. 2—Spt. Oct. —3.

Febr. In civitate Reatina. Palombus diaconus donat monasterio S. Mariae (Farfensi) sub Fulcoaldo abbate constituto omnes res suas. 'Temp. . . Luponis summi ducis . . et v. m. Pertonis gastaldii civ. Reat. . . ind. XIV'. Reg. Farf. 31. Galletti, Vestarario p. 79; Troya 578. **170**

Mart. 1. — Ratchis rex capitula legum edicto addenda 'cum iudicibus tam de Austriae quam et de Neustriae vel Tusciae finibus' constituit. 'Anno regni II, die Kal. Mart., ind. XIV'. MG. LL. IV, 186.

Mart. 4. Ticino in palatio. Rathchis rex confirmat ecclesiae SS. Antonini et Victoris prope muros civitatis Placentinae sitae praeceptum 'cessionis et firmitatis' Hilprandi regis (cf. supra a. 744, Mart. 31). 'Dat. . . a. regni II, ind. XIV'. Ex arch. cathedr. Plac. ed. Campi I, 454; Troya 591. **171**

Mai. In Beneventano palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) iudicatum facit inter Theodoricum abbatem monasterii S. Petri et Benedictum presbyterum S. Mariae in